Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



CCXXV

225

do uõ elhs sed ego elegi vos
de mundo. Propter hoc odit vos mun-
dus. Memento de sermone
meo quem ego dixi vobis non
est seruus maior domino suo. si
me persecuti sunt et vos perse-
quentur. Si sermonem meum
seruauerint et vestrum seruabunt.
sed hec omnia facient vobis propter
nomen meum quia nesciunt eum
qui me misit. Si non venisset
et locutus eis fuisset peccatum
non haberent. Nunc autem excusa-
tionem non habent de peccato suo.
Qui me odit et patrem meum
odit. Si opera non fecisset
in eis quem nemo alius fecit peccatum
non haberent. Nunc autem viderunt
et odierunt me et patrem meum.
sed ut impleatur sermo qui in
lege eorum scriptus est quia odio habu-
erunt me gratis. Cum. Deli-
quauerunt. Sic luce eum. Iohan.
Pallot. D. in. l. d. l. Hoc est
preceptum meum ut diligatis in-
uicem sicut dilexi vos. Ma-
iorem hac dilectionem nemo
habet ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. vos amici
mei estis si feceritis quecum-
que ego mando vobis. Iam non dico vos
seruos. quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Vos
autem dixi amicos quia omnia quec-
cumque audiui a patre meo no-
ta feci vobis. Non vos me
elegistis sed ego elegi vos et
posui vos ut eatis et fructum
afferatis et fructus vestri
maneat. ut quecumque petieri-
tis patrem in nomine meo det vo-
bis. Cum. Ecce nos reliquimus om-
nia et secuti sumus te.
In memoratione sancti pauli.
Cum. Factus est camelum. Sequen-
tia euangelii. Offertorium. Confitebun-
tur celi mirabilia tua domine et
misericordiam tuam in ecclesia sanctorum.
Alleluia. Mihi autem nimis honorati sunt amici
tui deus nimis confortatus
est principatus eorum. Offertorium. Tu do-
minus celi et terrae qui fecisti omnem creaturam
et omnia quecumque sunt in eis. Bene-
dicite omnes angeli domini domino. Secreta
tua quesumus supplices offerimus
ut eius auxilio tuae bonitatis
gratia capiamus per quem tibi
hostias laudis offerimus.
Per. Communio. Nos qui secuti estis me
sedebitis super sedes iudicantes
duodecim tribus israel dicit dominus.
Amen dico vobis quod vos com-
pleti estis in me reliquistis omnia et secuti estis me
centuplum accipietis et vitam
eternam possidebitis. Communio. Non
iam vobis amicos meos ne timeatis
eum abhinc quia vos elegi. Com-
munio. Ego vos elegi de mundo ut ea-
tis et fructum afferatis et fructus
vestri maneat. Postcommunio. Per dominum